



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Syntagma Iuris || Vniversi, Atqve Legvm || Pene Omnivm  
Gentivm, Et || Rervm Pvblicarvm Præcipvarvm,||**

**Grégoire, Pierre**

**Francofurti ad Mœnum, M.D.XCIX.**

**VD16 VD16 G 2999**

16 de Capitis, & aliorum mombrorum Amputatione.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97739](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97739)

ginta aut centum pedum, e materia curabat deligiti, tum a summo  
tunc ad infimas partes noxios alligabat, eosq; in altum erectos,  
incendi atque concremari volebat. Sic vt multos incendio, alios  
fumi cruciatu necaret, Crinit. lib. 18. de honest. discip. cap. 11. Alexan-  
derque Seuerus Imperator fumo eos necari iubebat, qui facum  
facerent, & in amicorum caussis atq; officiis famum venderent.

De capitis, & aliorum membrorum am-  
putatione. Cap. 16.

- 1 Capitis amputatio poena est, & membrorum amputatio praece-  
dit interdam capitis amputationem.
- 2 Securi percussio, vt fiebat.
- 3 Capite qui plebuntur.
- 4 Capitalis truncatio quare mortalis.
- 5 Membra quae debentur in poenam abscindi.
- 6 Manus quibus in poenam amputanda est.
- 7 Christum ad iudicium peruerendum datum, punitum eodem.
- 8 Oculorum eratio in quibus criminibus.
- 9 Ois obratio fiebat, ductis ad supplicium, & illis eria verba  
tantum loqui licebat.
- 10 Pedum amputatio quibus in poenam, & aurium amputatio pro  
quibus.
- 11 Narium amputatio pro quibus.
- 12 Curium fractio in poenam.

**A**lia poena mortis, & communis in iure diuino & humano est  
capitis amputatio. Mors quidem cita, quam interdum alio-  
rum membrorum amputatio praecedat, vt dicitur sit. Fuit huius  
exemplum in supplicio illius idoli Dagon. In cuius templi cum  
Philistini arcam Dei a populo Dei ereptam deposuissent, inuen-  
tus est Dagon iacens super faciem suam in terra, abscissis capite,  
& duabus palmis, manu super limen, 1. Reg. 5. c. Joseph. lib. 6. Anti-  
quit. Iudaicar. cap. 1. Vicitatque poenam hanc fuisse in Israeliti-  
ca politia constat ex Bibliorum sacrorum lectione, 4. Reg. 6. Mat-  
thaei 14. Marci 6. Et si crimen tam impium esset, quod poena ex-  
emplaris esse deberet, cum capitis truncatione alia membra quo-  
que concidebantur, vel mortuis vel viuis reis. Sic Iudas Macha-  
beus princeps Iudaeorum victoria positus ope Dei, aduersus blas-  
phemum Nicanorem, praecipue caput Nicanoris, & eius manus  
cum humero abscidit, & Hierosolymam deseruit, vbi suspendit  
caput in summa arce, & linguam blasphemam eius praecisam ius-  
ticipartuclatim aibus dati, manum autem contra templum sus-  
pendi, 2. Machab. cap. 17. Iure ciuili capitis ademptio etiam poena  
est, quae, si capitalium, de poen. in P. § Nam & antiquitus lecuris  
impeii summi potestatiue in viam fecinor osorum in sigae eras,  
diciturque gladii potestas, Imperium, de iurisd. omn. iud. in P. Ci-  
cero 3. act. in Verrem. Agnus eum praecipue poena Romanorum,  
quos partim securi percussit, partim in vinolis necauit. Linius, lib. 3.  
de ad. 1. de emitt. ros cum fascibus duodenis subito praedisse tra-  
dit, & centum viginti lictores forum impleuisse, & cum fascibus  
secutes illigatas protulisse, nec attinuisse demitterent, cura sine  
3 pronocatione creati essent. § Capite & punitur explorationem in  
militia fraudans, fossam instantibus hostibus relinquens, l. 2. §. si  
qui exploratorem, de re milit. in P. l. b. 49. m. 16. trans fuga. d. l. 3. §. si  
qui ad hostes, seditionem militum excitans atrocior. Est & in aliis  
discipline militaris poenis frequens poena, d. l. 3. per totum. § Am-  
4 putatio & membrorum capitale poenam habet, vt praecipue  
partis & nobilioris hominis, l. cum in diuersis, de relig. § Sumt. fun-  
in P. capitis scilicet. Eaque semper lethalis & mortis est, propter  
neruorum paria, & iugationes, quae ex capite in corpus hominis  
vniuersum diffunduntur, & propter sedem animae praecipuam,  
quae in eo est. Sunt & aliae membrorum decisiones in poenam et-  
iam impositae, & iure diuino & humano. Cum enim talio recepta  
viroque esset, vt antea probauimus, dentem pro dente, & manum  
pro manu, & pedem pro pede abscindi consequens fuit. § Item,  
5 & quia in eo quo quis deliquit, & per ea quae peccauit torquendus  
est: poena membris, vt delicti potioribus instrumentis imposita  
est. Sic manus Ieroboamo, quam extendat turbando virum &  
prophetam Dei capi, exaruit Dei vindicta: donec oratione pro-  
phetae sanitate restituta, 3. Reg. c. 17. Manus Nicanori, qua bellaue-  
rat iniuste in Iudejs, amputata: & lingua, qua blasphemias in Deum  
protulerat, confissa volatilibus caeli expolita, 2. Machab. c. 15. Za-  
charias, qui lingua dobitare se ostenderat de pollicitis a Deo, lin-  
gua obmutuit in praefinitum vsque natiuitatis D. Ioannis Bap-  
6 tista tempus, Luca c. 1. § Estat & lex in Deuteronomio cap. 25. si ba-

buerint, inter se iurgium viri duo, & vnus contra alium iurgari co-  
perit, volensq; vxor erueri virum suum de manu fortioris, miserit ma-  
num & apprehenderit verenda eius, abscindes manum illius, nec fle-  
teris super eam vlla misericordia. Apud Ethnicos Sergius Galba,  
Sueton. Tranquil. in Galba, c. 5. Imperator, numulario, non ex fide  
pecunias tractanti, manus amputauit, mensa quae eius affixit. Sta-  
tutum & iure Infubrum, vt qui contra pacis tranquillum statum  
aliquem vulnerauerit, manus ei amputetur, §. si quis alterum, de pac.  
tunen. §. eius violat. l. b. 2. Feud. tit. 27. Sicut & scribae, qui contra-  
ctum falsum scripserit feudi, seu praedii clientelarii, §. callidus, de  
prohib. seu. alien. per Feder. lib. 2. Feud. tit. 55. Et exactori, qui per fide  
ca quae ex tribus exegerit, non scripserit, vel omnino, vel clare  
non descripserit, §. coges, de mand. princ. in Auth. collat. 3. tit. 4. Et  
in summa noua iure, si criminis qualitas exigat membrale cuius  
abscissionem alterius, quam manus: manus pro eo absciditur, §.  
fin. incip. quia vero nos oportet, vt nul. iud. lic. hab. loc. in Auth. §. ausi  
sed nouo iure, de ser. fugit. C. si fugitiui, eod. Et maior poena pedis,  
quam manus amputatio: vt maior amputatio pedis, quam eff-  
fio oculi, secundum Baldum, l. binas ados, de seruit. vrb. praedior. Ap-  
pud Longobardos, manum amittit tabellio instrumentum con-  
scribens vendicionis facta per mulierem consentiente viro, l. 2.  
qual. mulier. permitt. est alienat. in legib. Longob. peritus, l. 2. de testib.  
& l. 2. §. 3. de peritur. in d. l. Longobard. 2. de ius qui ad prelat. §. eod.  
presbyter qui sanctum chrisma ad iudicium peruerendum de-  
dit, l. 1. de eo qui sanctum chrisma, §. eod. sine iussu principis eu-  
dens, vel fingens monetae, l. de fals. monet. feruus, qui sine iussu  
domini celaturam seu femaidam, id est, noua signa, in sylua alte-  
rius fecerit, l. si quis propter, §. l. seq. de iis qui ter. corrupit. §. Oculo-  
rum & fuit eratio aliquibus quoque in poenam, sic vnus oculus  
7 pro primo furto eruebatur apud Longobardos, l. si quis latro, de  
latro. in d. l. Long. Et Wisigothorum lex statuit oculorum eratio-  
nem, patri, vel matri, qui abortu necem gestati vteri procurauerit,  
l. fin. de excusant. homin. part. lib. 6. C. Wisigoth. tit. 3. Loctensium  
lege lata a Zaleuco, adulter vtroque oculo priuati debebat, Va-  
ler. Max. lib. 5. c. 6. Vitula Aegypti filius rex Gothorum & Hispani-  
arum anno 698. Theodosius, quem Eringius regno exe-  
gerat, confossis oculis Cordubam relegauit. At Theodosii fi-  
lius Rodericus exercitu cogregato, Vitulam regno mouit, & Cor-  
dubam identidem oculis confossis anno regni sui nono ablega-  
uit. Franc. Taras. lib. de regib. Hispan. in Vitis. De crudelitate Syl-  
lae loquens D. Augustinus de ciuitate Dei ca. 28. scribit, iussu eius,  
aliquos oculis effossis & partuclatium membris amputatis, in  
tantis cruciatibus diu vixisse, vel potius dum morti coactos esse. § In  
8 & poenam etiam maiorem ad vltimum supplicium raptis & du-  
ctis ora obturbantur, collige ex histor. Ester. c. 7. Et vt Suidas ait,  
iis qui ad supplicium ducebantur, licebat potu & cibo plenis, tria  
dicere quae vellent, deinde ore obturato ad necem adduceban-  
tur. Vnde prouerbum, & ius rā rēia rī aly, id est, illa tria dicas  
iuxta aulam, id est in praetorio. § Pedis amputatio poena in iure  
9 feruis transfugientibus ad barbaros fuit imposita, l. 3. de ser. fugi.  
C. Odingenti Grcgi captiui a Persarum regibus turpiter multa-  
ti corpore fuerunt, quibus quidem alii manus, alii pedes, qui-  
busdam nares, & aures excisae. Si qui autem scientia, arte, aut di-  
sciplina aliqua excelleret, iis membrorum omnium, exceptis  
quibus ad exercendas suas artes vterentur, extremitates ampu-  
tate fuerant, qui subactis Persis ab Alexandro Magno in ea mi-  
seria inuenti, immunitate donati sunt, Diod. Sic. in anno 6. c. Alex.  
lib. 17. Bibliop. Nares & furibus amputantur in Longobardia, l. de  
latronibus, §. l. si quis latro, de fur. in l. Longob. & pariter conspi-  
rantibus in patriam eandem, l. de conspiratoribus, de aggress. in vico  
factis in d. l. Long. § Curium fractio, seu vt ait Apuleius, lib. 9. A-  
10 fini Aurei, curitragium, inter supplicia inuentum: nam & latro-  
nibus suspensis D. Ioannes Euang. c. 19. crura facta scribit, vt scilicet  
citius moteretur. Octavius Augustus, Thrallo a manu, quod  
pro epistola prodita denarios quingentos accepisset, crura effre-  
git, vt scribit Suetonius Tranquil. in Octa. c. 67. Scribit Q. Cicero,  
in parans. ad M. fratrem, M. Mario Gratidiano iussu Syllae primū  
brachia & crura fracta, aures deinde praefectas, & linguam, & ra-  
sum, oculos defossos, & postea caput detruccatū. Meminit Am-  
mianus Marcellinus lib. 14. histor. Apollinares duos, patrem & fi-  
lium, sub Gallo Cesare in exilium actos, ad locum, qui Crateia  
nomine, villam videlicet suam, quae ab Antiochia vicefimo  
quarto disungiur lapide, vt mardatum erat  
fractis cruribus occisos.